



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui
Guinnoci ludimagistri**

**Spauter, Johannes de
Argentorati, Anno, M. D. XV.**

Ante se gerundia casum non habent.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

Ioannis Despauterij Niniuitæ.
Ante se gerundia casum non habent.

Ante se gerundia casum non regunt apud Latinos. hoc late probat Valla. barbara nepe locutio est scribentem habendum est pena. & in sacris. In conueniendo populos in unum. In deficiendo ex me spiritu meum. Greci enim infinitum hoc loco habent cum articulo τῶν quod ante se a sum seruat imprudenter igitur uideat interpretes grecos imitatus, quia latini articulis carent, & sic sunt locuti nunquam, poterat autem hoc modo eleganter transferri, dum spiritus mihi uel me deficeret &c. uel per ablatos in consequentia, nos autem dicimus per gerundium, scribenti habenda est pena, uel impersonaliter scribenti, uel a scribente habendum est penam, ubi pennam regunt a gerundio nostri casus a tergo, & datus uel ablati a fronte, quicquid dicat Theophrastus saliensis. Hora. Si uis me flere dolendum primum ipsi tibi, uide quod diximus de uerbo impersonali in datiuo regimine. Illa pro oratio. In conuertendo dominus captiuitatem sion, uix quicquam latinitatis habet, testibus Valla, Pesotto, & ceteris fere, nec ponitur nomen per actum, quia adhuc manet incongruitas. Lanci. tamen uir acuto ingenio, eam orationem saluat esse congruam & latinam in honorem diuini Hieronymi. quia uult dominus esse uocatum more antiquo. testibus Carisio, Plinio & Seruio, ueluti populus, fluiuius, agnus &c. ueteres autem grammaticos plerumque sequuntur sacri interpretes. Neque uerisimile est uel ex industria, uel ex ignorantia tam turpem & insignem solocismum a diuino Hieronymo. esse commissum, sensus igitur & optimus quidem, si quis diligenter dispiciat. erit. O dominus. id est domine. in conuertendo, id est dum conuertimur ad te, facti sumus consolati. captiuitatem sion, id est dum conuertimur ad te considerantes maxima tua in nos beneficia. solamur labores & captiuitatem que ob maximam ingratitude nostram in te patrem clementissimum iure sumus per pessi &c. Solamur enim labores. Virgili. Hoc equidem occasum troie tristis que ruinas Solabar fati contraria fata rependens. Apud Lucretium. Externas quoniam poenas in morte timendum. Nominatiui casus gerundium est, nec ante se sed post se actum habet. ut apud Virgili. Pacemque ab rege petendum, auctor est Seruius, quem arguit Valla, quia participium est inquit, quod falsum est. non enim regetur actum, aut nomen, quod etiam falsum est eadem ratione, tum etiam ut Lanci. inquit. quia uiuendum est legitur, nec dicimus uiuendus da, dum. Et Ouidi. Utendum est etate cito pedelabitur ætas. bene igitur dixit Seruius, gerundium nostrum habere, dans exemplum petendum est codicem, equum &c. Eadem ratione legendum est psalmos, ut in datiuo regimine late probauimus. Calepi. dicit gerundia etiam datiuum habere casum, ut sum aptus, docendo rhetoricam, & sum aptus docendo rhetoricam a preceptore, rem Cale. sine teste

gerit, ideo nō facile imitandū credo, nā dicerē libētius sum aptus docere, uel ad docendū rhetoricā. Nullo tamē pacto dicendū puto docēdo a p̄ceptore, p̄pter hāc regulā nostrā ex Valla depromptā.

Gerundia & supina non regunt.

Passiui proprium spreuere gerundia casum.

Atq; supina, uelut non causa percutiendi

Abs quo q̄ uenio, nec percussum uolo dici.

Recte tamē dices uenio causa audiēdi carmen a poeta, quia dicimus audio a poeta, in passiuis abltis subtricit. Virgi. Alitur uitū uiuitq; regendo. Idē, egrescitq; medēdo. Idem, uritq; uidēdo scēmina. Quintilia. Sed memoria excolēdo sicut omnia alia augeēt, id est dū regitur medēt, uideēt, excolit. Sulpi. cōtra Vallā, uult abltm cum p̄positiōe a uel ab recte cōstrui cū gerūdijs & supinis, quia si passiuē sumant, necesse est ablatiuū subaudiri inquit, sed nos in regimine nū testati sumus multa in subauditione esse, quę inelegāter exprimerent, sic etiā nunc Sulpitio responsum uolumus, donec ex doctissimorū quopiā testimoniū contra nos afferatur.

Gerundia in di.

Gerundia in di sunt genitiui casus, & quasi utriusq; essent numeri, p̄ actō gtm̄ pluralē sibi apponūt, sed non credo facile imitādū nisi parce in magno opere, aut nisi in ijs exēplis quę inuenta sunt. Plautinus Hegio ad Parasitū erga filiū. Nominādī istorū tibi erit magis q̄ edū di copia, hic apud me ergasile. Valla sic ait. Illud Titū Li. li. i. nisi scriptura uitiosa est, certe uitio nō caret. Nō em̄ uereor ne quis hoc me uestri adhortādī causa magnifice loqui existimet, ip̄m aliter animo affectū esse, adhortandī em̄ singularis numeri est, uestri x̄o pluralis. hoc dictū Vallę intelligit de gerūdiuo, nam si uerū sit gerūdiū nullus est numeri, ut diximus, sed ponit tunc uestri pro uos. simile est in Cice. lib. de diui. Dolebas tantā stoicos nostros epicureis irridēdi sui facultatē dedisse, aut ponit irridēdi pro irridendorū, aut sui pro se. in Teren. ponit crescēdi nouarū fabularū, sed de his hactenus. Gerundia in di, quasi noīa substātiua regūtur ab his & pluribus nominibus, locus, tēpus, occasio, quę idem ferme sibi uolunt, ratio, causa, oportunitas, ars, mos, cōsuetudo, copia, & quod idē est potestas, uentia, uolūtas, desyderiū, cupido, libido, cupiditas, auiditas, gratia, id ē causa, libertas. Licētia quod fere in malū capi, ostēdit Quintili. dicēs Quę in alijs libertas est, in alijs licētia uocat. Idē. Qui cōfessum descēdit non absolutionē sceleris petit, sed licentiā. Terē. Deteriores omēs

*licentia malum su
et in bonum*